

DE VOTO ET VOTI REDEM-
ptione Assertiones.

Quas.

Deo Opt. Max. Dvce

Præside.

*NOBILI, CLARISSIMO
CONSULTISSIMO QVE VIRO, DO-
MINO FRIDERICO MARTINI, I.V.D. S.A.
cri Cesarei Palatij Comite, nec non Sac. Cef. Mai.
& reliquorum Serenissimorum Austria Archi-
ducum Consiliario, &c. atque in vetustissima
Friburgensem Academia Profes-
sore Canonum prima-
rio.*

Publici exercitii causâ Ventilandas propo-
net tueriq; conabitur. 19. Septemb.
hora, locoq; consuctis.

STANISLAVS ZVKOVVSKI.



FRIBVRGI BRISGOIAE,

Apud Iosephum Langium.

M. D.C. VIII.



JLLVSTRI ET GENEROSO
DOMINO DOMINO PETRO COMITI A RVSTZA
Branitzki Castellanidi Biiccensi, &c. Domino & Pa-
tronio suo observandis.

STANISLAVS ZVKOWSKI.

s. p. p.

Vm multa ab iis, qui actiones vitæ humanæ, sub
certam aliquam mensuram, & justitiæ regulam
comprehendere voluerunt, Divinitus inventa,
atque instituta sint *Illustris & Generose Comes*: tūm
non minori admiratione illud mihi dignum visum est, dum
iis, qui propter imbecillitatem aliquam, seipsoſ tueri non
possent, facultatem ab aliis defendi, petendi, ipsisque jus &
potestatem eos defendendi, concedi animadverterem. Eā
enim ratione, non modò privatorum commodis, sed Re-
bus ipſis Publicis, earumque fœlicitati, dum omnis injuria
mater litium propellitur, iniqüitas fons & origo mali dete-
gitur, justitia pax populi, & tutamen patriæ administratur,
consultum esse, nemo est qui non judicet. Quo fit ut nullū
tam abiectum esse putem, nullumque ita de rebus suis de-
ſperasse, qui non animum aliquando erigat, & licet viribus
deſtituatur, ſpe defensionis tamen fultus, ad portum ſibi
propositum pervenire anhelet. Quod etiam mihi exemplo
meo comprobatum eſſe videtur. Dum enim diſputationē
hanc publicè propositurus eſsem, in fronte, ob imbecillita-
tem meam, non posſe me iis, qui audaciæ aut temeritatis ar-
guere vellent, ſatisfacere, proindeque patrocinio alicuius
indigere, animadvertebā. Sed cuius opem hac in parte im-
plorare deberem, tūm tenuitate tūm pudore aliquo, illud
in mente agitans, *Turpis eiicitur quām non admittitur hospes,*
p̄peditus, humilia poti⁹ quām, alta animus meus fatagebat.



Quo in negocio illud Philosophi, eos qui se magis quam
neccesse sit abjicant reprehendentis, & non nisi segnissimi,
torpere cum se ad profectum invitatum opinetur, esse asse-
rentis, occurrit. eoq; commotus animum erigere cepi; nec
diutiū cunctatus, te *Illustris & Generose. Comes* alloqui volui
id unum expostulans, ut in fronte disputationis hujus meę,
Illustrum nomen me præfigere patiaris; tūm ut assertio-
nes hæc, per se satis obscuræ, à nomine tuo lucem accipient,
tūm ut ego patrocinio tuo munitus, cursum hunc supera-
tis omnibus obtrætationum, invidiæque procellis, tanto.
facilius, & fælicius conficiam, quātò majora pericula in co-
mihi inesse videam. Quod ut facerē, adductus sum, partim
amplitudine Illustris. Familię tuę; partim de tuis virtutibus
singulari existimatione; partim tui erga me, quē his in par-
tibus abundè cognovi, propensi animi voluntate. Quæ o-
mnia mihi semper tanta visa sunt, utilla nonnisi admirari
me posse, animumq; meum Poëtam illum singulariter ex-
pressisse putarem. *Digna hac quæ carmine Phæbus, Pan calamus,*
fidibusque Linus, modulantibus Orpheus, concinerent. Quis enim
Majorum tuorum seriem percensere? quis eorum laudes, &
encomia enumerare? quis fortissimè gesta, prudentissimè
acta, sapientissimè patriæ consulta, pro dignitate in mediū
proferre posset. Magnum ille certè Illustris. Fortiss. Prudē-
tissimorūq; virorū catalogū, nō parvâ hac prosphonesi,
sed librō grandi, compræhendere velle attentaret. Veniret
enim huc, qui bello clarissimi existentes, maximam patriæ
opem præstiterunt; eam ab invasione & vastatione hostium,
jam armis, jam viribus prudentiæ & consilio junctis, inco-
lumem conservarunt, atq; ut sua virtuti, & meritis merces
redderetur, in maximas dignitates evecti, summâ rerum ge-
starum gloriâ claruerunt. Venirent & hi qui pace gauden-
tes, & animo à strepitu armorum, ab incommodis militiæ, à
belli periculis avocato, maturo cōsilio, gravi judicio, haud
vulgari prudentiâ, non minùs cæteris patriæ profuerunt, at-
que in summo Senatorii ordinis gradu subsistentes, Se*cil*
Regi-

Regibus suis quā cōsilio, quā operā, quā fidelitate opus fue-
rat, præsto affuerunt. Venirent & ij, qui utrōque genere ita
excelluerunt, ut pacēne, an bello clariores extitissent, in
dubium non sine injuriâ vocari posset. Quæ omnia in Illu-
stris. Castellano Biecensi Parente tuo repræsentantur. Ille
enim vix dum annos attigerat juveniles cùm indeole ejus cō-
sideratā, spe rerum rectè gerendarum de ipso conceptā, ani-
mo generoso, & ad omnia sublimia nato præviso, ad publi-
ca munia obeunda, & administranda, ut ad ea quæjam ipsi
fortuna à Majoribus suis contulerat, gloriæ indicium ho-
nos, adderetur, vocatus est. Quo autē à primis quasi primor-
diis, ad majores difficultates tolerandas magis industrius,
periculæque subeunda fortior efficeretur, Præfectoris Pro-
vinciarum (Capitaneatus nostri vocant) exornatur. Vbici
jura nō in opidanos ttāum, sed in illas latè patētes Provin-
cias, adeoque ipsum Equestrem ordinem dicere, Tribunalia
iudiciorum exercere, rebellium audaciam reprimere,
plures ab eo delegatos habere, liceret. In quibus obeundis,
dum ejus non modò propensam, sed etiam indefessam la-
boribus mentem, cæteri animadvertisserint, sæpius ad a-
lia applicare conati sunt, atque ut in generali Procerum Re-
gni, S. que R. M. conventu suam Provinciæ illius omnium
personam repræsentandam suscipere vellet, expostularunt,
& quicquid statueret, id se ratum firmumque habituros vo-
luerunt. Quæ omnia ille ita geslit, ut neque labor in nego-
ciis, neque fortitudo in periculis, neque industria in a-
gendo, neque celeritas in confiendo, neque consilium in
providendo, à quoquam desideraretur. Quo effectum est, ut
S. R. M. eum altiora concendere, in numerumque eorum,
in quorum consiliis totius cardo Reip. versatur, Senatorum
connumerare voluerit. Reddita est sua virtuti merces, labo-
ribus promeritum præmium, gloriæ debitus honos, altiora
conscendit, summis adæquat, Senator regni magnâ cum
expectatione omnium efficitur. In eo, quantâ fide, quantâ
facilitate, quanto ingenio, quantâ humanitate, quanta au-

thoritate omnia administrarit; testes sunt graves in judiciis latis, consiliis adhibitis Reipubl. bono propagando, sententiæ. Testis est illa, quæ proximè superioribus annis, ad S. C. M. nec non cæteros Sereniss. Archiduces Austriæ, in negotiis tam Reipubl. quam S. R. M. sibi commissa, magnâ cum admiratione, maiori celeritate, summâ fidei observatione cœfecta legatio. Testis est ille ipse eandem legationem, inter tantos Principes amicitia, & sanguinis nexus subsequutus. Testis est labor ille invictus, quo plurimorum, interea temporis tumultuantium, animos à pravis consiliis, aut severitate compescuit, aut præsentia extinxit, aut optimos quosque prudentia confirmavit. Testes sunt iij omnes, quieum in hac tempestate, & rebellionis incendio, ab iis, qui optimè patriæ consultum esse voluerunt, nusquam recedere S. R. M. assistere, quæ consilio, qua armis, qua viribus opus fuerat, malevolorum conatus expugnatum ire spectarunt. Sed ne ego ultra propositum aut vires meas quidpiam attentare videar, subticebo. Illud unum addam, te summo loco natum, summo patre, summa majorum gloria exornatum, do-
tibus nature ita relucere, ut me etiam invitum in admiratio-
nem sui rapiant. Quis enim tuam ætatem hac, in vultu, mori-
bus, verbis, rebus agendis, firmam & constaptem animi gra-
vitatem? Quis gravi cum moderatione comitatem? Quis
erga honestissima literarum studia prosequenda fervens de-
siderium? Quis, quod maximum omnium est, Divini nu-
minis cultus sinceritatem non admiretur? Quis tecum aliando, vel minimum conversatus illam amicitia & a-
moris hominum conciliatricem. humanitatem, prædicare non vellet? Ea, siquidem non alios tantum, sed Te ipsum.
etiam vicisse diceris, dum tam comiter, submissè, placide cum omnibus conversaris, ut nulla in re, à quopiam te vin-
ci aut superari patiaris. Quod dum perspexissent Illustriss.
parentes tui, naturæ majori subsidio esse voluerunt, atque in exteris nationes, quæ majori thesauro tam in literarum
studiis, quam in naturæ, ad omnem virtutem capessendam,
innatis

innatis igniculis expolitis, iis opulentior redeas, miserant.
Ne autem quidpiam deesse videretur, Nobilem & Reve-
rendum Dominum Ioannem Kuvasnitzki, virum pietate insi-
gni, judicio accurato, doctrina singulari, omnium virtu-
tum genere præditò, quò rectius ab eo tibi omnia, quæ se-
quenda, quæque fugienda essent demonstrarentur, adjun-
xerunt. Eo jam ductore, sic cursum tuum conficis, ut non
modò Præceptoribus tuis, quorum opera in profectu stu-
diorum tuorum singulari, hactenus usus, commilitonibus,
aut domesticis, quibus cum conversatus es; sed etiam prin-
cipibus ipsis, in quorum præsentia, eorum Provincias inco-
luisti. te summè charum exhibueris. Hi enim ut te sibi sin-
gulariter commendatum acceperunt, sic generosa tua in-
dole cognita, à se amatum habere, idipsumque omni ratio-
ne demonstrare voluerunt. Et sic equidem, ut te Poëta ille
mihi expressisse. *Vt quisque filium suum vult esse, ita est, videat-*
tur. Sed nec hic mihi diutius. nō mediocriter piculū succu-
bendi, aut ea, quæ per se clara sunt, obscurandi pertimescen-
ti, immorandum censeo. Faxit Deus Optimus Maximus,
ut confecto hoc studiorum peregrinationisque tuæ (quam
ulteriore jam propositam tibi habes) curriculo, in solan-
tum Parentum, gloriam Familiæ, ornamentum Patriæ, so-
spes & incolumis revertaris. Vt autem eodem unde egre-
sus sum revertar, non possum non gaudere, qui te, talesque
patronum mihi elegerim. Spero enim, me tuo patrocinio
munitum, omnes etiam gravissimas procellas fæliciter præ-
ternavigaturum: Spero hac, vel minimè gratianimi mei
pro tuis erga me immensis meritis, ac incredibili benevo-
lentia, qualiter qualiter responsurum: spero meam hanc in
te observantiam, atque studium magis de te merendi non
improbaturum. Quod dum obtinebo, Dionysiodo-
rum illum, gloriar, quod nemo pulsus suis, neque in tri-
remi, neque ad fontem audisset, quemadmodum Ismeni
solitum, ad exemplum mihi proponam: eaque ratione,
etiam si

etiam si reliqui conatus meos, temeritatis aut audaciae accusatur essent, dummodo a te non improbentur, animum meum dejici non committam. Vale felicissime nobis & Patria.

Friburgo Brisgoie IV. Idus Septemb
Anno Domini M. DC. VIII.

DE VOTO ET VOTI REDEMPTIONE
Affectiones.

THESES I.

QUOD Otum à voluntate dictum, a tanquam à primo movente intellectum, b dividitur primùm in cōmune seu necessitatis, quod sc. est de necessariis ad salutem, & omnibus Christianis commune, c & singulare seu voluntatis, quod quisque pro suo arbitratu concipit. d

a S.Th.Za.Za.quest.88. & in 4.dist.38. b idem 1.Za.quest.9.art.1. c Tale quid est baptismus omnibus Christianis necessarius, c.maiores §.ad id ext.de baptismo c.firmissime dist. 4.Mat.18.d. Magist. in 4.dist.38. Hostien. Palud. ibid.

II.

Et de communi nobis hic non erit sermo. Singulare autem quod tam institutione, quam obligatione est juris Divini, a declaratione autem juris positivi, sic definiri commode potest, alicujus excellentioris boni, Deo facta, b libera voluntate, præuija deliberatione c religiosa promissio. d

a Luc.1. Matt.19. 1.ad Timoth.5. Bellarm. tomo 1. controversialib. 2.cap.33. & seqq. De monachis, b S.Th. loc. cit. & in 4.dist.35. art.1.quest.1. Navarra cap.1. num. 25. c Ioan. Andr. in c. dndum, ubi gl. de convers.coniug. Abbas in c. sicut, de iurciurando, & c. literaturum h.n.t. d Deuter.23. Eccles.5. displicet ei stulta promissio,

III.

Hanc autem bonam esse, & partibus suis integrantibus & essentialibus constare patet. Promissio enim vim generis obtinet, ceteræ particulæ tum formâ, tum materiam in se concludunt. a

a Navarra P.s. decreti cap. 12. num. 24. Arch. in c. qui bona ubi
gl. 17. quæst. 1.

IV.

Cum autem promissio sit deliberafa, & spontanea fidei obligatio, facta alteri de re quapiam bonâ, & possibili, sequitur ad votum quod sub promissione continetur, quinq; esse necessaria; plenam primum deliberationem, & attentionem, a tum liberata seu spontaneam voluntatem, b deinde intentionem sese obligandi, c præterea rem gratâ promissio, d deniq; facultatem ex parte promittentis ad obligandum sese e adesse debere.

a Navarr. d. loc. cap. 18. nec opus est morosa deliberatione, sed sufficit ea, qualis requiritur ad peccatum mortale D. Th. loc. cit. b arg. c. perlatum, &c. Abbas, de his qua vi metus ve. c. utilia 22. quæst. 2. c. innocens, 22. q. 4. c. Dominus. 23 quæst. 4. c. Shothius lib. 1. de iust. & iur. quæst. r. art. 2. Verba enim honoris non obligant c. cum venienti S. illud, de institut. l. 1 ff. quarum rerum, & arg. à contrario l. penul. ff. defureis. Sanchez. Mlyn. de iust. & iur. disp. 262. arg. l. si per errorem ff. de iuris. om. iud. l. 2 ff. de iudicij l. non idcirco C. de iuris & fact. ignor. d. promittere enim alteri quod ei displicet est minari Sylves. verb. votum. i. e. In quibus enim se quisquam obligare non potest, nec ea dovere potest. x.

V.

Nec desunt qui ad substantiam voti, promissionem esse necessariam negent, soloque proposito votum perfici posse affirmant, a quorum sententiâ nihil remoranté, ad voti complementum, promissionem esse necessariam affirmamus. b

a Palud. in 4. dist. 38. quæst. 1. & plures alij apud Sylves. b Bonavent. in 4. dist. cit. Abbas in c. literaturam. b. n. t. c quod autem 22. quæst. 2. & pasim recentiores Deuter. 23. Eccles. 5. vers. 3. Molyn. de disp. argum. l. obligationum ff. de action. & oblig. & l. si ego ff. si cert. pet.

VI.

Votum sic definitum dividitur primo, in votum tacitum voluntariè aliquid agitur, cui votum est annexum, a & expressum,

expressum, quod verbis disertis exprimitur. b Deinde in votum reale, quo res externa, personale quo persona, & mixtum, quo utrumque simul promittitur.

a Ordines enim facros suscipientes, tacite vorvent c. Diaconus c. presbyteris. c. quando. dist. 27 gl. in c. Beata Maria 27. quæst. 2. b. e. vorventibus. c. si nupserit c. Virginis dist. 27. c. quid ergo. ii. quæst. 3.

VII.

Deinde dividitur in conditionale, sub apposita aliqua conditione, & absolútum. Et illud quidem aliud est poenale, dum aliquid in poenam delicti vorvetur: estq; vel simplex ad poenam tantum præstandam obligas, vel duplex ad poenam & rem votam; aliud non poenale, non in poenam delicti, sed sub aliâ conditione factum.

VIII.

Dividitur præterea in solenne quod susceptioni status immutabilis adiunctum est, & in ordinibus, aut ingressu religionis approbatæ continetur. Et simplex, quod hisce solennitatibus caret. a

a Dd. communiter c. unico de vot. in 6. & patet ex constitut. Gregor. 13.

XI.

Hac autem duo inter se differunt, tum quod hoc sit tantum simplex promissio alicujus boni, illud autem realis traditio; tum quod hoc matrimonium contrahendum impeciat, contractum non dirimat, illud autem & contrahendum impedit, & contractum dirimit a.

a c. meminimus, c. consuluit, c. rursus. Qui Clerici aut vorventes c. Gonsaldus 17. quæst. 2. c. Virginibus dist. 27. c. Virginibus, & multis aliis, 27. quæst. 1. Vasa enim Domini in se contaminarent, c. decernimus dist. 28. gl. in d. c. rursus.

X.

Iam vero omne votum obligationem inducens, necessario esse de bono meliori, & quod facere melius est, quam omittere a proindeque cadente, non tantum sub consilio,

sed etiam praecepto, tam ex naturâ ipsius voti, quam illud recipientis manifestum est b.

a patet ex eius definitione b Durand. in 4. dist. 38. quest. 2. & Richard. ibid. Genes. 28. vers. 20. Vovit Iacob se culturum verum Deum, & non Deos alienos D. Th. i. P. quest. 3. art. 3. & quest. 6. per totum.

X I.

Vovere bonum duplicititer possumus, velut de re quæ Deo promittitur, vel ut de re quæ à Deo petitur, & primum si habeat suam materiam, & alterum si ad bonum finem b' quin obliget extra controversiam est; sin autem ad malum, in peccatum inducit, magisq; in eo placet transgressio quæ ad impletio. c

a Richard. qui propterea in definitione voti addit, ob bonum finem, Sylvester. & alij ab eo allegati b ubi enim eadem ratio militat, ibi idem ius statuendum l. de quibus ff. de legibus. c. c. à malis, & i. seq. ubi Archid. & gl. 23. quest. 4. c. in malis, c. unusquisque c. scilicet 22. quest. 4.

X II.

Votum in re malâ illicitâ a adiaphorâ (quod frequenter est in sexu foemineo, magisque sortilegij quam voti naturam sapere attestatur Sylvester) b maioris boni impeditivâ, in detrimentum suâ vel proximi personæ c vergente, non modo non obligat, sed in ejus expletione peccaretur.

a Archid. post pet. de Palud. i. vovere enim alterum occidere præcepto decalogi adveretur. b Additio ad Panormit. in c. literaturâ b. n. i. Eccles. s. c. Navar. cap. 12. num. 21. Covar. c. quamvis de patet in b. p. i. S. b. num. 7. Bellarm. d. loc. c. si vero de iuram. c. si non licet. 23. quest. 5. c. i. 22. quest. 4. c. qui vult. dist. 8.

X III.

Sed si fiat opus in differens, pro illo tempore quo vovisti, postea autem fiat bonum, an ad illud obligeris? Dicendum puto, si quod promisisti non fuit Deo gratum ab initio, te nec postea obligas, a Si vero alicujus boni intuitu vovisti, unde Deo gratum esset causa simpliciter cessante liberaberis, im-

ris, immutata autem, & boni illius impeditiva, minimè.

a Quodenim ab initio non valet, nec tractu temporis convalescit. l. catena S. i. & 2. ff. de legib. l. 20. ff. de reg. Iur. c. non firmatur de R. I. in 6. instit. S. i. de exhortac. lib. c. i. de sponsal. impub. in 6. c. i. S. i. de prohibit. feud. alien.

X IV.

Si bonū ex causā voveatur, illa cessante num' maneat obligatio dubitatur? Nos, si causa erat finalis ob quam vovetur, eā non extante non obligari. a Si verò impulsiva & inductiva, (quod etiam dicendum si de cause ratione discerni non possit) licet cesset, obligatum, qui vovit manere, dicimus. b

a Panorm. in c. magna h. n. t. c. cum cessante de appo cond. arg. l. Vranus ff. de fidei suffor. l. pluribus. S. si placent, ubi Bart. ff. de verb. oblig. b arg. c. ex parte de convers. coning. l. quicquid ff. de verb. oblig. d. c. cum cessante.

X V.

Votum metu factum, si metus inferatur ab homine eam ob causam ut voveatur, ipso jure erit nullum, a Si verò à casu, naturâ, Deo proveniat, suum robur habebit. b Hinc captus à Turcis, metu carceris, ægritudinis, naufragij, &c. vovenus c ut promissione satisfaciat curabit.

a c. verum, t. si verò de iuret. c. i. de his que vi met. Panorm. in c. cum locum de sponsal. l. metus autem ff. quod met. caus. b c. Porrectum. c. sicut de regul. o. 3. de renunciat. c. accepta. c. sollicite. de rest. spol. d. l. metus autem. c Covar. de sponsal. p. 2. cap. 3. S. 4. num. 13. & 16.

X VI.

Quid verò de eo, qui furore subito percitus aut ebrietate obrutus vovet, dicendum sit ambigitur? Dicemus, iratum aut bene potum b etiâsi voveat ingressum religionis, dum modo id tam subito fiat, ut non fecisset per deliberationem, ad peccatum mortale sufficientem, voto non teneri. c

a c. si quem. S. notandum, 2. quest. 1. c. illa prepositorum, 11. q. 3. arg. l. quicquid ff. de R. l. l. divorcium ff. de divorcio. c. si quis iratus 2. q.

tus 2. quest. 4. *Felin.* in c. sicut, de iure iur. gl. in c. dudum de coniugio
coniug. *Sylvest.* verbo iura b. S. Th. in 4. dist. 17. quest. 2. artic. 2.
Ebrini enim & furiosus equiparantur. c. illud quoque, & ibi gl. No-
uel. 74. quibus mod. natura effe. *Panorm.* in c. 2. b. n. t. c. Deus enim
vult voluntarium militem. c. non est. 15. quest. 1. c. *Sicut.* de regulis.

X V I I.

Quinon unum, sed duo emisit vota, si in secundo non
recoluit de primo, quod si fecisset, excepisset, tenetur ad pri-
mum tantum. a Si vero in secundo recoluit, nec excepit ad
utrumque; b quod si sit incompossibile servabit maius, c
& de minori secundum arbitrium prælati satisfaciet. d
a arg. c. quemadmodum, S. illud de iure iur. & l. obligationum
ff. de act. & oblig. b c. commissum de sponsal. c. quod semel, de R. I.
in 6. c. regula. cod. l. qui proprio ff. de procurat. l. si communis. ff. de
noxa. c. arg. l. i. S. si stipulat. ff. de verb. oblig. l. qui quartam. ff. de
legat. i. l. si quicunq. ff. de excep. rei d. S. Th. in 4. dist. 38.

X V I I I.

Vovens aliquid ad certam diem, & non satisfaciens, te-
nebitur alia die votum implere. a Ad duo enim est alliga-
tus, b alterum ad faciendum, alterum ad hunc diem, nisi
forte vovens non habuerit animum obligandi se, tantum
ad diem determinatum, quo casu, alio c licet peccaverit,
excusabitur.

a. c. per tuas. b. n. t. Concil. Trid. seß. 24. cap. 1. de Regul. c. ex par-
te de converso. c. porrectum de Regul. b. arg. c. cum, dilecti de
dolo & contum. l. Celsus. ff. de arbitr. l. si quis stipulatus, ubi gl. ff
de verb. signific. c. Obligatio enim voti non a verbis, sed a mente
descendit. Pan. in c. si vero de iure iur. l. cum virum. C. de fideicom.

X I X.

Peregrinationem quisquam vovit post annū, ante illud
tempus infirmatur lethaliter, critne ei. necessaria commu-
tatio? Nos cum D. Th. omne impedimentum quod si ha-
buisset a principio, impediret votum, si oritur post factum
habeta auferre obligationem voti, afferente, commutationem
ei non esse necessariam arbitramur. a

a. Panorm. in c. qui bona 17. quest. 1. *Sylvest.* verb. votum 2. S. 6.
X X.

Idem dicendum erit nobis de vovente peregrinationem,
etiam in terram sanctam, solius religionis gratia, impedi-
mento superveniente non teneri eius id per alium explere, a
ni forte sit in mora vel culpa, b secus tamen si pro subsidio
eius voveat, tum enim tenetur omni meliori modo, quo
poterit impendere subsidium etiam per alium.

a. c. ad nostram de iure iur. c. Beatus 22. q. 2. gl. in c. non est b. n. t.
b. c. sicut de sponsal. arg. l. nemoff. de verb. obl. & l. servum l. qui
Romæ cod. gl. in l. si maritus. ff. solut matrimonio c. brevi. c. quod
de iure iur. Innoc. in c. Scriptura a. b. n. t. qui addit etiamsi de hoc non
disponeretur, teneritamen heredem, si hereditas sufficiat ad expen-
sas praestandas.

X X I.

Vovisti te non amplius votum, num obligeris? Mimi-
me, a si tamen facilior sis in vovendo, voveré potes, te non
amplius votum, nisi re cum prudenti viro cōmunicata, b
quod si transgressus fueris, peccabis quidem, sed & ad poste-
rius votum obligaberis.

a. Absolutè enim melius est vovere quam omittere, Scriptura
id consilente, dictis locis ad thes. 2. & D. Th. d. loco. b. idque ob-
periculum transgressionis. Deut. 23.

X X I I.

Vovisti te initurum matrimonium, ad illudne teneberis?
Si id absolute feceris, minimè, si vero cum hac paupercula,
aut fornicaria, ad eliberandam eam ex paupertate, aut pec-
cato, equidem obligaberis a ut hanc potius & non alteram
ducas, si tamen eam voluntatem deponas, & celebs vivere
velis, voto liberaberis.

a. c. inter opera de sponsal. c. non est culpandus 32. q. 5. t. tria sunt;
dist. 4. s. c. non solù 33. q. 8. t. regis 10. X X I I.

Idem pleriq. dici volunt, si te continere non possis, & sic
ad evitandum peccatum matrimonii voveas, a Sed nec id abso-
lutè validum esse, nisi ex suppositione, si sc. alia remedia cō-
tra carnis tentationes adhibere nolis b tōtpore autem ex-
cluso, & aliis mediis atreptis, voto liberaberis.

a Caet.quest.88.art.2. Navar,cap.12.num.43. b Tunc enim obsequendum erit Apostolo.1.Cor.7.v.9.

X X I V .

Facere aliquid ex voto animo coleendi Deum, non modo bonum est, sed etiam cum habeat duplēm a laudem, alteram ex se, alteram ex affectu religionis multò melius quā sine voto.

a gl.in c.iam nunc 28.quest.1. unde Anselm. lib. de similitudinibus inquit, cum similem esse donanti, non solum fructus arboris, sed etiam ipsam arborem, D.Th.loc.d.Psal.75.vers.12, Deuter.23.vers.1.

X X V .

Obligatione ex voto supervenienti, unusquisque satisfacere tenebitur, & si votum fuerit purum, & absolutum, ut obligatio incepit statim, sic & ille tenebitur ad statim, a fin autem ad tempus vel sub conditione dicetur.J.

a Panorm. in c. non est voti, h.n.t.c.2,27.quest.1. arg. l. cum quiff.de verb. oblig. l. quamvis. C. de transact. l. iuris gentium ff. de pactis. Bart. in l. Julianus ff. de cond. indeb.

X X V I .

Conditio duobus modis sumitur, latè & strictè, hæc est dispositionis (actus, quo quis promittendo contrahendo, disponit) suspēsio, ex incerto futuro evētu, in quē ejus dispositionis facta est collatio, a illa non propriè conditio dicta, b omnis autem exprimitur per conjunctionem si, vel ejus æquipollentem. c

a Shotus in 4.dist.29.quest.2.art.1. Molyn disp. 206.l. institutio ff. de condit. & instit. l. itaque ff. si certum petatur. b l. cum in secundo ff. de iniust. rupt. Instit. § conditions, de verb. oblig. c l. si finito ff. de damn. infe. l. cum pater ff. de leg. 2.

X X V I I .

Vovens sub conditione honestā, & possibili, nec aliter se intendens obligare, quā post eventum illius, impletā conditione incipiet primum obligari a quā si non extiterit, nec ipse ulli obligationi subjicietur: b ni forte suā culpā conditionem impleri nollet. c

a c. non

a c. non solum 32.quest.8.c. verum de condit. app.c. olim de restit. spol. Medyna de reb. restituē. quest.23. b arg.c. Abbate in fine de verb signif. c. generaliter 16.quest.1. & 15 quest.2. c. suggestū de decimi⁹, l. ultima ff. de restit. mil. l. 2. §. ult. ff. de donat. c c. quod ad nos dist. 47.c. faciat 22.quest.2.c. de occidēdis, 23.quest.5.c. Ephes. dist. 43. Richar. arg. c. sicut, & c. de illis de sponsal. l. iure ff. de R. l. gl. in l. de unoquoque ff. de re iudic.

XXVIII.

Idem dicendum in conditione appositā generali a Si vivero si potero &c. Hoc enim semper intelligitur, etiam si non apponatur; at diversum in impossibili, tā de jure, quā de facto, b quā ut in contractibus civilibus, c sic nec in voto pro adiecta habetur.

a c. Beatus, c. ne quis 22.quest.2.c. Beata Maria §. cum ergo 27.quest.2.c. unusquisque 22.quest.4. l. ult. ff. qui satisd. cog. b c. ult. de pactis. c. Abbat. distin. 54.l. que sub ff. de condit. & instit. l. inter stipulantem, l. generaliter ff. de verb. obl. l. Hac semper de condit. & instit. c c. ult. de cond. appo. l. reprehendenda C. de instit. & substit. l. cum secundo ff. de instit. rup. l. impossibilium ff. de R. l. l. non solum ff. de act. & obl.

XXIX.

Qui vovit ad bonum finem, de re bonā, sub conditione turpi, si in pœnam eventus cōditionis illius voveat, ea subsequita obligabitur a si verò eam tanquam finem proposuerit, b votum nullum esse potest.

a Richard. d.c. ex literis, Angel. Sylvest. verbo votum 2. §. 2. b Malach. l. vers.8. graviter reprehenditur, qui victimam claudā, cecā &c. Deo offerebat, ergo &c. c. in malis 22.quest 4 & de R. l in 6. arg. l. iure gentiū ff. de pactis, l. veluti, l. stipulatio, l. si plagij, l. si stipuler. ff. de inutilib. stipulat.

XXX.

Vtrum vota unius obligent alterum, v. g. Patris filium, testatoris hæredem disceptatur? nobis eorum ratio placet, qui ad vota realia, nisi ante mortē voventis personata fuerint, hæredem de bonis suis, ea præstare debere hortantur.

C

a à votis vero personalibus cum libertini esse volunt. b
a c.heredes de testam.c. ratione, c qui sentit de R.I.in b.c.filiis, c:
de lapsis, b. quest.7.c.1.de sepult.l.un.C.de traduc.toll.c. ubi 7.quest:
1.c.charitatem 12.quest.2.l.2.ff. de pollicit. quorum ratio est, qui eu-
nim succedit in bonis, defuncti, par est ut & in oneribus. b Merè
enim personalia non transgrediuntur personas, c.petisti 7. quest.1.
c.2.de author. & usū l.1. S. si hæres ff.ad Trebel.Bart.in b.fin.ff. de
contrah.emp.l. eris C.de donat.l.fina.C.de hared.act:

XXXI.

In votis mixtis tantum illa quæ realia sunt præstabit, &
quod si hæres simpliciter & indistinctè promisit, & assensit
votis in plendis, indistinctè ad omnia obligabitur; b nisi
forte promisisset sub spe adeundæ hæreditatis, & postea
adire non posset, vel nollet, tunc enim excusabifur. c
a Covar.lib.1.var.ref.cap.14.num.16. b c.licet b.n.t.Domi-
nus enim exigit oblatum, quod non exigeret offerendum, c.nu-
ptiarum 27.quest.1.c.anima 13.quest.2.c.si aliquis 26.quest.6.argu-
l.veteris,C.de com.stip.l. si ego S.1ff.de iure dōt.l. cum à matre, C.
dē rei vind.l. si ab eo C.de negoc.ges. c Innoc,in e. quod nuper his;
& d.c.licet h.n.t.

XXXII.

Quod si sic promittens non exequetur facere ne contra votum? Minime, peccaret tamē partim cōtra religionem,
non solvens quod Deo debetur, partim contra obligatio-
nem, quā defuncto se obstrinxit, vel tacitè vel expresse, & co-
nominie hæreditatem adiit. a

a Covar,c.quamvis P.2.S.4.num.5. Gomez var.refol.cap.8:
num.1.argum.l.1. & l. ob causam,l. propter incendium, l. pactum
ff.de pollicit.ubi dicitur,homini promittens actione conveniri po-
test, ergo &c. Deus enim solus est voluntatis agnitor.x.Reg.10.

XXXIII.

In talis peccato persistens, nec soluere volens, cogi potē-
rit, perecum cui in voto jus est quæsumum, idque interpel-
lando

lando officium Episcopi, b. qui cum sub privatione hæ-
ditatis, c aut si eam jam sponte adiisset sub excommunica-
tione, d ad persolvendum id, quod debet, adducet.

a c.ex parte de censib.arg l.1. & 2.C.communia de leg.l.nam bi:
ff.de condit.indeb.c.locupletari,de R.I.in 6. b g.cum deputati, de
iudicij.c.requisisti de testam. c d.c.licet,c.Sylvester.11.quest.1.l.
fin.C.de fideicom.Navar.cap.12.num.26. d est enim illa persona-
lis obligatio,c.pœna de R.I.in b.l.Diuus ff.de lege Cani.de fals.l.de-
bitor,ff.de verb sign.l.sicut C.de oblig.& act.

XXXIV.

Sed & tacitè quandoque yovemus, dum nos statui huic
cui votum est annexum essentialiter, dedicamus, licet de
eo in specie nihil cogitaverimus, a Sic ingressi religionem
approbatam, ordinib. sacris iniciati, voto adstringutur, nec
ad nuptias transire possunt. b

a Qui enim vult antecedēs vult & consequens l.ad rē ff.de pro-
curat.b c.ex literarum c.de diacono,c.meminimus, Qui Clerici vel
ven.c.quod votum de vot.in 6.

XXXV.

Religionem ingressi (qui est status hominum, ad perfe-
ctionem Christianam, per paupertatis, obedientiæ, & casti-
tatis vota tendentium) alii sunt monachi, soli contempla-
tivæ vita dantes operam; alii religiosi qui non solùm con-
templativam, sed etiam vitam activam ducunt, & omnes
voto tenentur.

a c.1.16.quest.1.ubigl. Panorm.in c. ex parte deposit Sylvest.
verb.religio 7.S.1.Bellarm.tomo 1. s.controv.lib.2.de monachis.

XXXVI.

Votum emissum si frangatur voluntariè, contraeundo
ei de quo est factum, est peccatum mortale, cumq[ue] ad in-
fidelitatem pertineat, gravius quam transgressio juramen-
ti assertorii, & si autem casu accidat, secundum intentio-
nem peccantis, accipiet malitiam ejus circa quod versfa-
tur. b

a c. licet, c. magna §. & quidem b. n. t. c. quidam, de Apostat. c. non observetis 26. quast. ult. c. Beatus 3. quast. 4. c. resuscitatus de paenit. dist. 1. c. in eo 32. quast. 4. S. Th. Za. Ze. d. loco, afferens votum inniti fidelitati iuramentum reverentia. b Actus enim accipit malitiam ab obiecto, S. Th. 1. 2. quast. 20. Navar. c. 12. num. 33.

XXXVII.

Iam quinam vovere possint dispiciamus, & primùm Episcopus ingressum religionis, ut expleat^{ur}, vovere non potest, nisi cum licentia Papæ, a Pari ratione nec votum longæ peregrinationis, b per quam eum contingeret ab Ecclesiâ diu abesse. Si tamen fecerit solvet expensas, laboreni orationibus, vigiliis, Eleemosynis compensabit, vota Eleemosynarum & abstinentiæ, modo absit scandalum pro placito faciet.

a c. nisi cum pridem §. ult. derenunc. c. inter corporalia de translat. Communis enim utilitas speciali preponitur, c. Scias 7. quest. 1. c. quicunque 12. quest. 4. c. duæ 19. quest. 2. c. licet de Regul. b Tunc enim sive Ecclesiæ grave fieret praæjudicium, c. clemens 8. quest. 1. c. sicut vir. 1. quest. 1. d. c. magna b. n. t.

XXXVIII.

Clericus beneficiatus ingressum religionis vovens, petiat ab Episcopo licentiâ, etiam non obtentâ a similiter votum ultramarinum, tempore passagii generalis, b explere tenetur. Cæteras autem peregrinationes longas, non nisi consentiente Episcopo expediat. c

a d. c. licet de Regul. c. beneficium de R. I. in 6. c. cum olim de arbitr. c. potuit de loca. & cond. Panor. in c. quod De citimorem de stat. monach. arg. c. nullus de iure patronat. l. ult. C. de iure emph. b c. ex magna, c. fin. ubi Hostien. & Panor. b. n. t. c. c. presentium 7. quest. 6. c. admonet de renunc. c. si quis 7. quast. 1.

XXXIX.

Idem dicendum veniet de Abbatे, auti alio prælato regulari, a Religiosis autem subditi voventes aliquid, non impediens religionem vel obedientiam, præsuppositâ voluntate prælati, nisi aperte irritetur b implere tenebuntur.

a c. ab-

a c. Abbas 18. q. 2. Panor. in c. fin. b. n. t. d. c. licet de regul. & c. due. 19. q. 2. b c. monacho 26. q. 4. Innoc. Palud. Sylves, verb. volum. 3.

X L.

Filijs familiâs, & servi in quibus præjudicarent iis quorum potestati subjecti sunt, vovere non possunt. a Hinc servus vovens ingressum religionis, filius familiâs eleemosynas largas, (nisi habeat castrense vel quasi peculium) b cum ea non sint in eorum potestate, non obligantur.

a Panorm. in t. Scriptura h. n. t. S. Th. loco citato. Ii enim etiam civiliter se obligare prohibentur. l. serviff. de act. & obligat. l. 1. & seqq. C. an servus proprio. b Eius enim habet liberam administrationem, l. cum oportet, C. de bon. qua lib. l. 1. ff. de collat. l. penul. l. fin. C. quitestam. fac. Inst. S. 1. per quas perif.

X L I.

Sed si contracto matrimonio alter coniugum continentiam vovéat, quomodo obligetur ambigitur? Nos inter matrimonij species distinguendum censemus, a cum aliud sit legitimum, quod infideles juxta suas leges, b aliud ratum, quod Christiani, sed nondum subsequutâ copulâ, c aliud legitimum, ratum, & consumatum, quod etiam subsequutâ copulâ contrahunt.

a Covar. de spons. P. 2. cap. 1. §. 1. n. 4. b c. gaudemus t. quando de divorciis. c c. ex publico c. præterea de convers. coning.

X L I I.

Legitimum tantum matrimonij contrahentes, si alter eorum ad Ecclesiam redierit, altero nolente nec consentiente, ut alteram ducere, sic & continentiam vovere licet potest, a Legitimum autem & ratum quia per votum solenne ingressus religionis solvit, idèò illud emittens obligabitur. b

a Covar. d. loco Bellarm. lib. 1. de contrac. matri. cap. 12. tom. 2. §. controv. c. infidelis, cum 2. seqq. 28. quest. 1. d. c. gaudemus & c. quanto; i. Corint. 7. b c. verum, & d. c. ex publico de convers. coniug. c. de sponsatum 27. quest. 2. Concil. Trid. sess. 24. cap. 6. inquietus. Si quis

quis dixerit matrimonium ratum, non consumatum, per solennem religionis professionem non dirimi, anathema esto.

X L I I I.

Postidem matrimonium contractum, si uterque continentiam voveat, matrimonij vinculum manebit, & uterque autem eorum dies vitae suæ in continentia consumet. Tale quid intercessisse inter B. Virginem & Iosephum, b Henricum Imperatorem, & Boleslaum Regem Poloniæ, suasq; coniuges c pro comperto habemus.

a Concil. Florent. in decreto Eugenij & Trid. d. seq. 24. b D. Th. P. 3. quest. 29. Scholastici in 4. dist. 29. q. 30. c. Beata Marja. c. genuit 27. q. 2. Luc. 1. vers. 26. & 2. ver. 4. Matth. 1. v. 20. c Bellarm. lib. 2. demonachis cap. 37. quinta controvers.

X L I V.

Matrimonio consumato uxor in quo præiudicat viro, aut vir. uxori, maximè quoad debitum coniugale, vovere non possunt, a quæ autem alter sine alterius consensu, dare, aut facere potest, in iis, quin etiam voveat non dubitamus. b In eo tamen conditionem viri meliorem esse volvamus, ut pro subsidio terraæ sanctæ etiam sine consensu uxoris vovere possit, c & implere teneatur.

a c. gaudemus de divortiis. c. quod Deo, c. manifestum. c. noluit, ubi gl. 33. q. 5. arg. c. non dicatis 12. q. 1. Neque iudicandum est, id fieri contra Deum. c. dixit. 14. q. 5. c. si peccatum 22. q. 1. c. deinde distinct. 26. b D. Th. 2a. secunda quest. 32. art. 8. Navar. cap. 17. numero 154. Sylvest. verb. Eleemosyna. c c. ex multa §. in tanta, ubi Hostien. b. n. t. quem casum ut specialem gloss. observare admodum.

X L V.

Quod si alterum coniugum commisere adulterium contingat, a licebit innocentia etiā invito altero religionem ingredi, b nisi ipsi reconciliatus fuerit, aut in simili deliquerit. c nocens autem poenæ statutæ subiacebit d accusatus.

a Tunc

a Tunc enim matrimonium (non tamē quoad vinculum) solum vitur. Matth. 5. & 19. c. pracepit Dominus, 23. quest. 5. c. dixit, eum aliquot seqq. 32. quest. 1. c. ex literis de divortiis. leg. consensio. C. de repudiis, b c. Agathoffa, 27. quest. 2. & colligitur ex c. significasti. de divortiis. Arch. in c. plerunque, c. gaudemus. eod. c. constitutus de convers. coniug. c t. 1. & seqq. 32. quest. 6. d. c. significasti, & aliquot sequentib. de divortiis. l. viro atque ux. ff. soluto matrimonio, l. si ambo, c. de compens. d. 6. gaudemus de convers. coniug. loquuntur. C. ad l. l. l. de adulst.

X L VI.

Sed nec sancte hoc vinculo colligatos viventes, penitus à votu arcere possumus, quin imò si ambo Zelo pietatis accensi, religionem unanimi consensu ingredi a voluerint, aut altero coruthi ad Episcopatum ascendentे, altero religione se trahente, b januam eis hac in parte apertam effe voluntus.

a c. Scriptit nobis, c. sunt qui, 27. quest. 2. c. quod Deo, 33. quest. 5. b. Apostolus, 33. quest. 4. gl. in c. charissimus, de convers. coniug. 1. Corint. 7. Innoc. Sylvest. verb. matrimonium 8. §. 12. c. nuptiarum 27. quest. 1. b c. coniugatus, c. sanc. de convers. coniug. ubi gloss. adiunctione, id non tam facile permitti debere; per eos cuim substantia Ecclesiastica deperire solet, c. de Syracusana distin. 28. c. Cathinensis, distin. 6. c.

X L VII.

Vno cōnitigum vovente, aut ingrediente religionem, altero ignorantie, vel scientie quidem; & contradicente, vel faltem dissimulante, a vel per metum consentiente, b licet sibi præjudicaverit; ad alterius tamē postulationem exire, eique debitum reddere tenetur, c si tamē in vita ab altero non fuerit evocatus; non amplius egredi potest. d

a c. Placit

a c. Placet, c. consuluit, c. quidam de convers. cōiug. c. Agathoff⁴
c. si quis 27. quest. 2. c. una sola 34. quest. 5. b c. accedens, d. c. placet
de convers coniug. gl. in c. fin. de appellat. l nihil consensui ff. de Re.
Iur. l. non idcirco, C. de iur. & fact. ign. l. quod si l. si quis ff. de dol.
c. d. c. agathoffa, c. si vir. c. situ. c. scripsit. 27. q. 2. c. una. c. mulier si.
33. q. s. d. c. consuluit. Panorm. in c. 1. & Innoc. in c. quidam de
convers. coniug.

X L V I I I.

Quid autem dicendum sit, si altero consentiente, in sae-
culo tamen remanente, aut postea religione ob juventutē
egressio, alter etiam evocetur, controyertitur inter DD. no-
stros. Nobis corum ratio placet, qui si consentiens fuisset
iuris conscientius, pro suo placito non posse alterum evocare,
asserunt, a Siautem fuisset iuris ignorans & iuvenis, implora-
to officio iudicis b pereum id petere concedunt.

a arg. c. publicatio, de elect. l. prudentiam ff. de offici. deleg. c. cū
in multis de rescript. in 6. Felin. in c. cum olim de re iudic. c. cūm sis
ubi. gl. de convers. coniug. c. quod semel de R. I. in 6. b gl. in c. qui
uxorem 33. q. s. s. seriatim dist. 32. l. 1. & l. fœminas. C. ad Trebellia.
l. si probaveris C. fires alien. c. cum universorum derer. permitt. c.
inter dilectos, de donat.

X L I X.

Pater quandoque pro filio vovet, dum cum religio of-
fert a qui si consentiat obligabitur ad manendum, usque
ad annos pubertatis b quibus advenientibus faciet quod
sibi placuerit, c si non consentiat exibit quādo voluerit, d
Patris autem erit, ei media talia proponere, quibus in suo
proposito eum permanerefaciat.

a Anna Samuelē ablactatum obtulit Deo, c. quicunque 20.
q. 1. c. oportet 20. q. 2. b c. illud 20. q. 1. arg. c. accessit. & c. de illis. &
c. à nobis sponsal. impub. c. c. præsens 20. q. 3. c. statuimus. c. postu-
laisti de Regul. c. si in qualibet 20. q. 2. c. Gonsaldus 17. q. 2. d c. cum
simus. c. consulti. de regul. D. Th. quolib. 3. q. s. Nullum enim bonum
nisi voluntarium. c. quis sincera. dist. 4s. c. quod præpostrum. 13.
quest. 2.

L. Natu-

L.

Naturæ ordini insistendo, quibus modis solvamus à vo-
to, deinceps dicemus, a Et primum desitione materia; tū
defectu conditionis; Deinde irritatione; præterea commu-
tatione, ubi & redemptionem annumeramus; denique di-
spensatione id fieri posse, asserimus, b

a Prius enim natura est aliquid constitutum quam solutum,
Arist. libris Prior. & Posterior. ferè quibusunque ff. de R. I. c. 1. extr.
de Regul. I. b pañim. Dd. nostri.

L I.

Quod ad primum & secundum attinet, desinit materia,
si id quod votum est, esse desinat, vel absolutè, vel respectu
voyentis, proindeque si fiat impossibilis, mala, inutilis, &c.
quod & de conditione appositâ, dicendum erit. a

a Navar. cap. 12. num. 25. Pan. in c. se verò de iuram. Covar. d.
loco, de quo in assertione 27. plura videri possunt.

L II.

Irritatio est nullatio, voti, ex benè placito voluntatis,
unde generaliter, illorum omnia vota possunt irritari, qui
alteri subiecti sunt, vel in omnibus, vel saltem quoad illam
materiam, quam voverunt a nec in eo requiritur causa
irritationis, sed sufficit voluntas irritantis.

a Taliū enim vota includunt hanc tacitam conditionem, nisi
superior contradixerit, arg. c. monacho. 20. quest. 4. Sylvest. verb.
votum. 4. §. 1. S. Th. d. loco.

L III.

Vota omnia religiosorum professorum, præter votum
arctioris religionis, à prælato a Impuberum à patre, vel tu-
tore b non tamen à matre nisi sit loco tutoris, servorum à
dominis, c uxoris à viro, in quibus est caput mulieris, irri-
tari d possunt. Novitii autem ab irritatione prælati in vo-
tis suis liberi erunt, poterunt tamen suspendi, maximè in iis,
quæ impedian exercitia probationis.

a c. sane, c. licet, de regul. c. due sunt 19. quest. 2. Angel. Shoo-
tus, Navar. D. Th. d. loc. idque ex sola dispositione iuris. b c. mu-
lier

*Liber 32. quæst. 2. c. ad nostram de regul. c. is qui, de regul. in b. arg. l.
pupillus ff. de abb. & obl. l. quod pupillus ff. de condic. indeb. c Par-
norm. in c. scripturah. n. t. c. Shortus lib. 7. quæst. 3. Art. 1. Palud.
dist. 38. quæst. 4. art. 2.*

LIV.

Sed hic gemina controversia apud Dd. nostros occurrit quæstio, altera. Vtrum peccet sine omni causa votum altius irritans, altera; Vtrum in votum consentiens possit illud iterum irritare, nos à longè controversiam infuentes, primum saltem venialiter peccare, a alterum post præstatum consensum iterum revocare posse, b affirmabimus.

a Deuter. 3. vers. 16. Potestas enim conceditur ad arbitrium homini viri c. privilegium 11. quæst. 3. l. in proposita. & seq. ff. pro sociis b Palud. in c. charissimus de convers. coning. Caiet. Navar. num. 61. Shortus idque authori. D. August. quæst. 59. in nu. afferentis, uxorem non amplius teneri voto, si vir contradixerit etiam si ante consensisset.

LV.

Sed nec illa difficultate caret, Num expirante potestate irritantis, teneatur votum implere? Nós quatenus vovit quidpiam sui juris, quod ab altero irritari nequivit, a affirmabimus. Hinc uno conjugum, vovente principaliter ingressum religionis, si postquam ab altero revocatus est, ejus potestate reddatur solutus, non amplius religionem ingredi, b continentiam tamen servare tenebitur.

a c. quidam, t. placet de convers. coning. c. cum ad monasterium de statu monach. Vbi Pan. dicit illam hic regulam valere si non vallet quod ago ut ago, valeat ut valere potest. b Obligatio enim semel extincta non amplius reviviscit, l. si unus §. sed si ff. de pactis. l. ele-
ctio ubi gl. ff. de noxi. ac.

LVI.

Committatio, est voti emissi ab una materia, ad alteram translatio, vel annulatio obligationis voti cum ligamine ad aliquid aliud faciendum, a Vbi & redemptio includitur, dum

dum pro eo quod aliquis ex voto facturus esset, quidpiam dandum venit. b

a Mandatum enim Domini & votum pari passu ambulant, illud autem potest adimpleri per aliud equipollens, c. innocens 24. qu. 2. arg. contrario c. quia iuxta s. quæst. b. c. 1. 23. quæst. 5. b c. quod super his §. undec. c. magna, propæ finem h. n. t. c. quia diversitatem, de concess. prehend.

LVII.

Commutare potest unusquisque suum votum propriâ authoritate, in id quod constat evidenter esse melius, quod si non constet de meliori, aut tantum æquale apparcat, ad id superioris authoritate juuabitur, b neque in utroque necessitatem causæ intervenire, sed sufficere majorem propensionem voluntatis, molestiam, aut fragilitatem alij cuius inexplendo arbitramur.

a Magior in 4. dist. 38. quæst. 3. Caiet. Navar. Sotus Covar. in c. quamvis P. 1. §. 3. num. 4. arg. c. per veni. de iure iur. & d. c. quia iuxta, & c. 1. 23. quæst. 5. b c. magna h. n. t. c. 1. derer. permitt.

LVIII.

Omnia vota à nobis emissa, aut ab aliis imposita in ingressum religionis commutari posse. a Vota realia facta in favorem Ecclesiæ V. g. Franciscanorum, posse in melius commutata applicari Ecclesiæ V. g. Capucinorum, ante acceptationem. b Superiorum habentem potestatem ordinariam dispensandi, vel delegatam, habere etiam commutandi, c non tamen viceversa affirmamus.

a c. scriptura h. n. t. c. licet. c. sane, de Regul. S. Th. d. loc. c. quibus aliquando, de pœnit. dist. 1. & d. c. per venit, c. admonere 33. quæst. 2. arg. l. Graceff. de fidei suffori. b Caiet. tom. 2. opusc. II. quæst. 3. arg. c. ex parte de censibus, & l. illud C. de SS. Eccles. c. Conar. de pactis P. 1. §. 3. num. 10.

LIX.

Dispensatio generaliter sumpta, est rigoris juris per cum ad quem spectat misericors & Canonice facta relaxatio, a Quantum autem ad propositum nostrum attinet, est obli-

gationis voti, authoritate Ecclesiastica, ex rationabili causa, facta annullatio: b

a gl. in c. ut constitueretur, dist. 5. verbo detrahendum, c. non satis, dist. 86. b Hoftiensis Sylvest. verbo dispensatio, §. 1. & colligatur ex c. didici, c. dispensationis, c. necessaria, r. qu. 7.

L X.

Vt dispensationi sit locus, obligatio primum eius cum quo dispensemur, a deinde superior legitimam potestatem habens, tum rationabilis causa requiritur, b quæ si abfuerit, aut falso introducta fuerit, non dispensationem, sed dissipationem dici, nec cum quo dispensatur tutum in conscientia esse posse putamus. c

a Quod enim non est, super eo dispensari non potest, c. ad dissolendum, de sponsal. impub. b c. 2. de filiis Presb. in 6. gl. in c. ad audentiam de rescriptis, c. non potest de præbend. in 6. & in c. 2. de schismate, ubi plenè Dd. nostri. Innoc. in c. cum ad monasterium, Pan. in d. c. non est. h. n. t. c. c. ex parte, de officio ordin. c. cum pro causa, de senten. ex com. gl. in d. c. non est voti.

L X I.

Causarum ex quibus dispensatio fieri possit, tum haec a tempus, utilitas, qualitas personæ, meriti, scientiæ, necessitas, scandalum multitudinis, b tum aliae ex arbitrio boni viri judicatae, c quibus cum dispensari possit numerantur: a c. necessaria, c. pro remedio, r. q. 7. c. fraternitatis, distinct. 34: b c. ipsa pietas, 22. q. 4. c. tali r. q. 7. arg. l. pen. ff. de in integr. refut. c. ut constitueretur, dist. 50. c. c. domino. dist. 50. c. quanto 2. qu. 5. c. presb. dist. 82. c. innocens 22. q. 4.

L X I I.

Causa rationabili præcedente, in Ecclesiâ est potestas disponendi in obligationibus erga Deum contractis, a qua jure ordinario competit prælati, cum non sit potestas ordinis, sed jurisdictionis, in foro externo b iurisdictionem habentibus.

a 2. Cor. 2. ubi D. Th. & p. sim. Theologi, colligitur ex c. licet de constit. in 6. gl. in c. cum ex eo, de elect. in 6. c. si quis me, dist. 54. d. c.

ut con-

ut constitueretur, c. licet, dist. 45. c. dispensationis 1. q. 7. Vallen. to. 3. dist. 6. q. 6. punt. 7. b Molyna disp. 49. Gail. lib. 1. obser. 17. arg. l. solent de offici. procons. l. qui condemnare, ff. de re iudic. Covarru. lib. 1. var. ref. cap. 4. num. 5. & in c. quamvis. §. 3. num. 7.

L X I I I.

Episcopi poterunt dispensare, in omnibus votis suorum subditorum, præter ea, quæ summo Pontifici reservata sunt; a Prælati regularium habentes potestatem quasi Episcopalem in suos, dispensabunt in votis regularium, sicut Episcopus in votis suorum subditorum, b securus non. Parochus ne quidem in articulo mortis id sibi usurpare poterit, absolvet tamen à transgressione voti pœnitentem.

a c. nuper, c. cum illorum, de sent. extom. c. hoc videtur 25. qu. 5. c. dilectus, de temp. ord. gl. in c. postulesti, de cleric. extom. c. maiores, de baptif. b gl. in Clem. 1. dereb. Eccl. non alien. Innoc. in c. statuimus, de maio. obed. c. monachum 20. q. 4. c. carnem de conscr. dist. 5. c. cum harum quifuror. rece. Panor. in c. significasti de for. comp. & c. fin. de postulat. prælat.

L X I V.

Summo Pontifici reservata vota omnia perpetua aliqui dicunt, quibus addunt votum peregrinationis terræ sanctæ, sed communiter quinque haec ei reservata habentur, Religioñis approbatæ, peregrinationis ad limina Apostolorum, ad S. Jacobum Compostellam, ultramarinum seu in terram sanctam & castitatis perpetuae. a
a Doctores nostri communiter.

L X V.

Quibus addemus votum solenne castitatis, in quo solum summum Pontificem, ex causa publicæ utilitatis dispensare utque matrimonium contrahat concedere posse, a idque de facto cum pluribus fecisse, b affirmabimus.

a P. sim Canonista, teste Navar. cap. 12. num. 77. & plerique Theologi Richard. Palud. Schothus in 4. distinct. 38. art. 9. quest. 1. & alijs recentiores. b cum Rege Aragonie. cum Rege Polonia Casimiro. D 3 ro. omn

*ro. cum Constantiâ filiâ Regis Sicilia, ut nuberet Henrico 6. ut refert
Platina in vita Calestini tertij, & plerique alijs.*

P A R E R G A.

I.

Nemini seipsum licere directè & ex intentione, sine di-
vinâ authoritate, occidere.

II.

Tyrannum titulo, hoc est, qui absque jure, vi Principa-
tum occupat, pro defensione innocētum, à quovis privatō
occidi posse.

III.

Judicem laicum ne incidenter quidem, de causis matri-
monialibus cognoscere, & judicare posse.

IV.

Specialem inquisitionem, contra criminosum, præce-
dente infamia, judicem instituere posse. Affirmabimus.

F I N I S.

